

H/6  
15174 32

ELEGIA

160  
32

IN AUGUSTISSIMUM, AC FIDELISSIMUM

JOSEPHUM I.


LUSITANIÆ REGEM

*ad Rempublicam feliciter adeuntem.*

CONSCRIPTA

AB ANTONIO JOSEPH

DE MELLO.



ULYSSIPONE,

(40) Apud FRANCISCUM LUDOVICUM AMENO, Congregationis Camerariæ S. E. L. Typographum.

---

M. DCC. L.

*Superiorum permissu.*

100

1857

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

JOSEPH H. ...

...

...

...

...

...

...

...



- Exemplar morum : Patriæ pietatis imago :  
Lufiacæ gentis gloria , cura , falus.
- Vivat ut æternum Joannis fama per ævum  
Sufficit hunc tantum progenuiffe virum.
- Hic rectè ut poffit fceptro , regnoque potiri  
Affiduè precibus fidera clara quatit.
- Jura fori fervans dignis ut munera dentur ;  
Vexet & immeritos debita pœna ftudet.
- Tecta pia ægrotis trifti fubmerfa favillâ  
Impenfis refici præcipit ipfe fuis.
- Regia corda movet dubio generata parente  
Proles : hanc celsâ mitis in æde fovet.
- Infolitâ femper coluit pietate Parentes ,  
Quin unquam juffis vifus abire fuis.
- Fata dolet Patris : minuunt nec fceptra dolores :  
Sed juvat in fuperas hunc fubiiffe domos ,
- Post cineres hujus ( tanta eft fapientia Matris ! )  
Committit Matri fceptra gerenda fimul.
- Munera , quæ Genitor multis præbebat egenis ,  
Filius hæc perguit fpargere cuncta pius.
- Dicite vos Patrum Collegia , dicite gentes ,  
Quas Princeps promptâ nutrit ubique manu.

# E L E G I A.

Servorum errores verâ pietate remisit ;  
Et placidâ cunctas combibit aure preces.

Extollit justos : proceres devincit amore :  
In cunctos Princeps officiosus adest.

Defendit fontes adversâ parte carentes :  
Pluribus ut parcat sentit abesse locum.

Voce ferit placidas supplex qui Principis aures  
Regales animos in sua vota trahit.

Desidiam fugiens duros amat ille labores ;  
Ut magis infudet carpitur ulla quies.

Ipse per ingenuas nitidum caput extulit artes ,  
Nec quisquam studiis altius ire solet.

Quàm celer ille feras jaculis , cursuque fatigat !  
Ignea sunt Regi tradita tela Jovis.

Frontis honos quantus ! pulcher Mars spirat in ore :  
Istius ingenio victa Minerva fuit.

Turbantur nautæ : rapidus furit æquore turbo :  
Cymbaque terrificis penè fatiscit aquis.

Convocat huc Princeps : stimulat præsentia Josephi :  
Incumbunt omnes : salva carina manet.


Nec prius hinc cessit Princeps , nec tecta petivit ,  
Quàm foret à sævo turbine tuta ratis.



Arma decent Reges : firment ut mænia pace  
Agmina muneribus protegit ipse suis.

Regnet , & immensum teneat sub legibus orbem ,  
Sospite Progenie , Conjuge , Matre , Domo.

Vivat , & imperii tot felix computet annos ,  
Quot gentes regno computat ille suo.



Anna decem Reges a filio suo regnum perdidit  
 Agrippa exheredatus pro regno suo  
 Reges, & imperatores regni sub legibus erant  
 Sophia Progenies, Gouyge, Maria, Dorothea  
 Tunc, & imperii sui compendium  
 Quot gentes regno conuenit esse

